expeditionis post eam per se recognitam acceptam et in domum
suam importatam Nec non aliam summam Ducentorum
quinquaginta floren. polon. ratione veri iusti veri liqui
di dotalicij dedit dotavit inscripsit et reformavit prout
per praesentes inscribit reformat et assecurat Per ipsam
Nobilem Ortynska consortem suam legitimam eiusque
successores hoc eadem bona generaliter omnia cum universis
utilitatibus usibus fructibus tenendi habendi possiden
illisque utifruendi More et iure aliarum reformationum
in Regno hoc observari solitarum.

~~Winnickich~~ Coniugum Ortynskich mutua aduitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Ca-
pitan. Premislien. Nobiles Fedor Ortynski Nobilis olim Jac
Ortynski filius ab una et Marusza Winnicka Nobilis Hryćko
Winnicki filia Consors ipsius legitima ab altera partibus Sani menti
bus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdic
tionibus suis quibusvis propriis et Competen. recedendo Praesenti
autem Iurisdictioni Castren. Capitan. Premislien. quoad actum hunc
attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus to
taliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice
libere ac per expressum recognoverunt et quilibet Illorum Nobi
lium suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi invicem ac
ab utrinque omnium generaliter bonorum haereditariorum et obliga
toriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum
nunc habitarum et in post habendarum nec non auri argenti cle
nodiorum gemmarum lapidum preciosarum vestium vestimen
torum cupri stanni aeris totiusque supellectilis domesticae ad
vitae tempora mutuam aduitalitatem inscribunt et assecurant
Tali vero modo Quod si prius Maritum eiusmodi discedere con
tigerit, quam praefatam Consortem ipsius extunc bona omnia mor
te praefati Mariti ipsius derelicta. Supranominata consors ipsius tene

bere habebit et possidebit illaq pacifice et quiete vtifruetur ad extrema vitæ suæ tempora. Post mortem vero praefatæ Consortis ipsius ex tunc bona omnia morte ipsius derelicta ad Successores Mariti sine vlla contradictione Successorum Consortis devolventur. Quod vero prius ipsam Consortem ipsius quam praefatum Maritum mori contigerit ex tunc supradicta bona omnia morte praefatæ Consortis ipsius derelicta praefatus suus tenebit habebit et possidebit illisq vtifruetur ad extrema vitæ suæ tempora. Post mortem vero ipsius bona omnia morte Mariti derelicta ad Successores Consortis ipsius sine quauis contradictione Successorum Mariti devolventur. More et iure aliarum advitalitatum in Regno hoc observari solitarum.

Winnicka bonis suis abrenunciat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Nobilis Marussia Winnicka Nobilis Hryczko Radzieiewicz Winnicki cum Nobili Maria Bilinska procreata filia Nobilis vero Fedorij Ostrynski Consors legitima sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis propriis et Competentibus recedendo praesentium autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premislien. quoad actum hunc attinet cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipsa bonis Paternis et Maternis ipsam post Parentes ipsius legitime concernentibus accepta ab ipsis reali et sufficienti satisfactione abdicat et abrenunciat de bonisq omnibus Paternis et Maternis per Successionem ad ipsam devoluendis et pertinentibus cedit et condescendit nilq sibi iuris praetensionis ad bona praefata restare declarat. Recognitionis istius vigore.